



440

resuscitati. Inde argumentum destructionis haeresis cujusdam, ut habetur in epistola S. Cyrilli episcopi Jerosolymitani ad beatum Augustinum, in qua multa ad commendationem S. Eusebii dicuntur.

De loco circumcisionis Domini Jesu, in quo dicitur die octava circumcisisus Jesusque vocatus.

Post hoc de crypta reascendimus et regressi in ecclesiam per medium ecclesiae transivimus. ex adverso ad dextrum latus, et ascendimus in capellam, quae in eodem latere choro adhaeret, et ibi ante altare hymnos et antiphonas de circumcisione Domini depromsimus, et: Salve Regina, de beata Virgine, et prostrati locum sub altari deosculati sumus, et indulgentias plenariae (B) remissionis accepimus (††). Siquidem in hoc loco sacro fuit Dominus Jesus circumcisisus die octavo, non enim poterat in specu, ubi natus fuerat, et in qua Virgo puerpera residebat, circumcisi propter tenebras, et forte circumcisesores abhorrebant stabuli foetores, eportaverunt puerum Jesum, eumque ibidem circumciserunt. Sanctitati hujus loci attestatur odor dulcis refusus ob eo, nam dum quis se ad locum deosculandum incurvat, inusitatus quidam odor exhalat, qui deleclat et ad venerationem loci inclinat. Inaestimabilis est locus ille sanctitatis, in quo primo rupti sunt fortes abyssi magnae, et venit mundatio super universam terram, non aquae submergentis, sed sanguinis vivificantis. Sic enim in diluvio Noae omnes, quos aqua involvit, perierunt, sicut in diluvio sanguinis Christi omnes involuti vitam receperunt. In hoc loco nos peregrini gloriabamur pro eo, quod iam in omnibus locis fuimus, et ea loca deosculati sumus, in quibus Dominum Jesum suum sanguinem pretiosissimum fudisse legimus. Scilicet hic in circumcisione, in quo primo fontes abyssi, i. e. venae Christi, rupti sunt. II. in monte oliveti in loco agoniae Christi, fol. 184 B. III. in flagellatione et coronatione fol. 138. IV. crucis bajulatione, quando cecidit fol. 123. V. in crucifixione fol. 116. VI. in lateris apertione. Insuper ex nomine illo dulcissimo Jesu hic locus venerabilis redditur, quia hic primum mundo factum est salutiferum, cum non sit

455

453

459

449

464

444

404

354

Ende

Anfang